

## EMBLEMA XXXI.

*Cautela Regia.*

XXXI.

*Non omnia ad vnum.*

Raro vnus regum benè dirigit Effeda rector,  
 Præsertim indomitis per scabra vectus equis;  
 Multa sed augustum ducit custodia currum,  
 Ne fors in præceps deuius axis eat.  
 Hic primos moderatur equos; regit ille sequentes,  
 Iam iam labentes sustinet ille rotas.  
 Cætera quin etiam quæ gens comitatur euntem,  
 Sollicitas adhibet, ne ruat ille, manus.  
 Publica cur raris par est modo cura Monarchis?  
 Sed regni aurigam sæpiùs vnus agit?  
 Si currum sapiens nemo commiserit vni,